



14469

Kat.komp.

cas


III

Missa. St. De.

P

Redux Apollo.

PANEG. et VITAE
Polon. Fol.
№. 515.



R E D V X
A P O L L O

A D

ILLVSTRIS, CLARISSIMI, ET ADMODVM
REVERENDI DOMINI,

D. M. A N D R E Æ

K V C H A R S K I,

S. T. D. & Professoris, Collegæ Maioris,
Cathedralis Crac: electi Canonici,
Collegiatæ S. FLORIANI Eccl: Custodis, Contu-
bernij Hierosolymitani Prouisoris longè dignissimi,
&c. &c.

IN ALMO DIVI IAGELLONIS LYCEO

FESTA DOCTORALIA.

A

M. IOANNE DZIEDZIC, *Artium & Philosophiæ Doctore & Pro-
fessore, Contubernij Hierosolymitani Seniore:*

Anno Domini, M. DC. L. VIII. 3. Ianuarij.

E V O C A T V S.



C R A C O V I Æ,
In Officina Viduæ & Heredum STANISLAI BERTVTOWIC,
Anno D. 1658.

ILLVSTRI ET ADMODVM REVERENDO
DOMINO,

D. A N D R E Æ
K V C H A R S K I,

S. Th. D. & Professori, Canonico Ca-
thedralis Ecclesiæ Cracouiensis,
&c. &c.

DOMINO ET PRÆCEPTORI COLENDISSIMO.



*Andem aliquando illam, quam Tibi Orbis Terra-
rum Caput Roma dederat, maleuolis nihil oblu-
Etantibus factis, fatorumq; Ministris, sacro Tuo ca-
piti REDVX APOLLO, in D. IAGEL-
LONIS AVLA, Theologicam reponit Lau-
ream. ILLVSTRIS ET ADMODVM REVERENDE
DOMINE. Redux Apollo inquam: Quia tot bel-
lorum, quibus Rex Polonus Poloniq; hætenus ex-
agitabantur motibus; ne ipse quidem etiam Apollo Academicus, Acade-
miciq; literis & literariis huc & illuc dissipatis, suis securi potuerunt quiesce-
re sedibus. Oppugnabantur ab hostibus (utinam verò amplius non!)
re, iure, domi, foris, priuatim, publicè, clam, palam, acerrimè. Quidni
autem hanc Lauream Tibi reponere debeat? Cum eà Tu dignissimus &
pridem iam, sis & habearis; non tantum videaris. Promeruit hoc Tua
non in humanarum tantum rerum; sed diuinarum etiam incredibilis,
imò diuina Scientia: promeruit virtus singularis: promeruit deniq; pro
bono Ecclesiæ, Patriæ, Academiaq; alacer non semel exantlatus labor, &
studium. Quid enim ego commemorem illa Tua in Aristotelis Peripatæo
cum summis Philosophis certamina? Quid Achillea argumenta & hastas
amentatas referam; quibus Tu fortiter aduersarios Tuos urgebas, imò &
conficiebas? Quid dicam; quam strenuum in currendo bis, & decurren-
do Vladislavianæ liberalitatis dexterâ instituto Cursu Philosophico stadio-
dromum*

de la Bibliotheque
d'HYACINTHE PRZYBYLSKI.

dromum Te ostenderis? Omnia non ad applausum; quod plerumq; multi faciunt; sed ad boni Professoris, veriq; Academici stateram expendisti.

Indecorum scilicet nomine tenus esse Philosophum, non reapse duxisti. Ita ergo in Stagyræa versatus porticu, ad diuinam Theologiam gradum non infeliciter fecisti. In qua ita Te gessisti, ut à doctrina, facta Tua minime discreparent. Mitto illa, quæ pro bono communi subisti munera & onera. Hæc enim viuis adhuc optimarum artium & partium in Academia ciues infixæ gestant pectoribus. Tacitus prætereo, quæ cum salutis, fortunarum, famæq; Tuæ dispendio incurristi apud plerosq; odia: quomodo REGINALEM toties MAIESTATEM adijsti orans: Ne Diuorum Prædecessorum suorum liberalitate, Academia Cracouiensi concessa Priuilegia maleuolorum artibus & fraudibus labefactari violariq; pateretur. Plus apud Te salus, honor, fortunaq; publica; quam Tua valuit: Magis sollicitus de communibus, quam de Tuis commodis fuisti: potiozem MATRIS ALMÆ ACADEMIÆ honorem; quam Tuum censuisti. Cum igitur hæc, & tanta Tua in ACADEMIAM extent merita, extabuntq; in dies ampliora: dignum est, cuius pro tot exantlatis laboribus sacrum caput REDVX APOLLO Theologicâ Laureâ redimiat. Dignum est, cuius nomen virtus, Doctorum summorum in ACADEMIA CRACOVIENSI fastis; Fama verò æternitatis tabulis inscribat & inserat. Quod ego animitus apprecanis, his vocibus APOLLINEM ACADEMICVM, ut fauceat, euoco.

DIVE, quem sæui fera bella MARTIS
Colle Parnassi pepulere nuper;
Terruit vel quem rigido Sueonum
Fulmine Balthis;
Iam redi; celsas Heliconis arces
Vise; ter trinas reuocando Diuas;
Sacra quæ cingant viridi reductæ
Tempora lauru.
Vester ad Sacram remeat Cathedram
Doctor; abstrusam reserat sacrato
Ore scripturam; resonantque doctis
Pulpita dictis.

Regia cur gestat pro Stemmate Sceptra Lyceum
Craci? Progenies regia namque fuit.



Sub Felicissimis Auspicijs.

Magnifici, Clarissimi, & Excellentissimi Viri, Domini,

D. M. FRANCISCI ROLINSKI,

Philosophiæ, & Medicinæ Doctoris ac Professoris, Consulis,
& Generalis Studij Academiæ Cracouiensis

Vigilantissimi,

R E C T O R I S.



L. x. xii. 16. 18.



Biblioteka Jagiellońska



stdr0009005

A white rectangular label is positioned in the bottom right corner of the book cover. It contains the text "Biblioteka Jagiellońska" at the top, a standard barcode in the middle, and the alphanumeric string "stdr0009005" at the bottom.

